

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 252. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732345792/facsimile.pdf> (tilgået 23. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

metamorphosin, in larvas et formas Satanae non tam esse
441 transformatos, quam transsubstantiatos.

444 Coronidis loco Zedechiam 1: Reg: 22: Achabi concionato-
rem aulicum benevolo lectori depingam; hic quidem genui-
num Prophetam et Boanerges se venditat, sed simulat, in
447 vitia quidem generaliter et in speciem intonat et invchitur,
sed nec cameram Achabi intrare, vitia privatim reprehensu-
rus, nec in confessionibus privatis aut colloquiis secretiori-
bus more ac Zeló Johannis Luc: 3: increpare, objurgare,
450 iram Dei minitari delinquenti Herodi sustinet. Huc accedit,
quod avis illa Salomonis Eccl: 10: v: 20 in aurem mihi
mussitavit, bonum hunc virum longiores habere manus, et
453 munus ac vicem Secretarii haud raro non rogatum supplere,
oblatam Regis monetam haudquaquam sperere. Sed de-
pone, queso, ista idola et indue tibi Eliae ac Johannis Heroi-
cum Spiritum; quod si no feceris, Deus sanguinem impii
456 in peccatis suis monentis, et à te justà haudquaquam severi-
tate moniti, aut ad meliorem vitæ frugem reducti, à te certò
459 certius requireret, et quidem in extremis mundi flammis ex-
urendi.

172

COROLLARIA

I.

462 Imperium nostrum patrium seu Svecorum inter reliqua
Christiani orbis regna excellit, ceu inter ignes luna minores,
ob 4: regii throni fulcra, 1 castam pietatem, 2: invictam for-
465 titudinem, 3: solidam prudentiam pacis bellique tempore,
4: probitatem in subditos intemeratam, atque ob ministro-
rum regiorum, Civiliū ac militarium fidem, innocentiam,
468 candorem, fortitudinem, ac prudentiam, sed præcipuè non
fucam in Deum pietatem.

2.

471 Optimè regnum administratur, ubi Princeps fuerit bonus